



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Enchiridion Locorum co[m]munium Ioannis Eckij,  
aduersus Lutheru[m] & alios hostes Ecclesiae**

**Eck, Johannes**

**Antverpiae, 1541**

11 De Matrimonio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35599**

VTRAQUE SPECIE. 71

nostra in ipsum, quod communio corporis satis indicat, ideo ad hoc sacramentum hic oculus non est habendus.

Quod ex causa ecclesia non dat alteram speciē, potuit ecclesia, quia De quarto non minus est sub vtraque specie, quam duabus, & tantū fructum percipit de vna specie sicut de alia, at ecclesia fideles non debet spoliare fructu sacramenti ex integro.

Consecrans vtranq; speciē consecrat, quia agitur repræsentatio De quinto dominicæ passionis, ideo corpus & sanguis simul sub vtraque specie cōsecrantur, & sacerdos in persona totius populi offert & sumit sub vtraque specie, in cuius persona totus populus quadā spiritali sumptione sanguinem Christi bibere gaudenter debet credere.

DE MATRIMONIO. XI.

K 3

Ma-



## DE MATRI-

¶ Matrimonium esse sacramentum ostenditur.

Ephe. 5

**M**ulieres viris suis subditæ sint, sicut dño, qm̄ vir est caput mulieris, sicut Christus est caput ecclesiæ, ipse saluator corporis sui. infra: propter hoc relinquet homo patrē & matrē suā, & adherabit vxori suæ, & erūt duo in carne vna, sacramētum hoc magnū est, ego autem dico in Christo & ecclesia. Hic aperte pronunciat sacramentum, quia coniunctionem viri & vxoris, ostendit, cuius rei sacræ sit signum, quia Christi & ecclesiæ. Et ne credas solum per similitudinē adductum, ostendit verū esse sacramentum à primo propheta pronunciatum: sic intelligit Hiero.

Heb. 13

Honorabile connubium in omnibus, thorus immaculatus. Macula non careret thorus, si non esset gratia sacramenti.

Mat. 19

Quos deus coniunxit, homo non sepa



separet, coniunctio diuina nõ est sine gratia.

Propter fornicationem (vitan-<sup>1. Cor. 7</sup> dam) vnusquisque habeat vxorem suam.

Domus & diuitiæ dantur à parē-<sup>Pro. 10</sup> tibus: à domino autē proprie vxor prudens.

Vnusquisque vestrum sciat possi-<sup>1. Thess. 4</sup> dere vas suum in sanctificatione & honore, sanctificatio non est sine gratia.

Saluabitur autē per filiorum ge-<sup>1. Tim. 3</sup> nerationem, si manserit in fide & dilectione. Sine gratia generare filios esset plus damnatio, quàm saluatio.

Si quis frater vxorem habet infi-<sup>1. Cor. 7</sup> delem, & hæc consentit habitare cū illo, non dimittat illam, & si qua mulier fidelis virum habet infidelem, & hic consentit habitare cū illa, non dimittat illum, sanctificatus



## DE MATRI-

est enim vir infidelis, per mulierem  
fidelem, alioquin filij vestri immun-  
di essent, nunc autē sancti, s. per sa-  
cramentum.

Gen. 2.

Probabile est benedictionem quā  
dedit deus Adæ & Eux non fuisse si-  
ne gratia.

August. Nō tantum fœcunditas,  
cuius fructus in prole est, nec tantū  
pudicitia, cuius vinculum est fides,  
verumetiam sacramentum nuptia-  
rum, commendatur fidelibus.

¶ Obijciunt hæretici.

1 Ad Ephe. 5. vbi Apostolus dicit  
matrimonium sacramentum, in Græ-  
co legitur mysterium.

2 Nec dicit absolute matrimonium  
esse sacramentum magnum, sed in  
Christo & ecclesia.

De primo

¶ Respondet Christianus.

Fatemur matrimonium esse my-  
sterium, sed qua temeritate infert,  
Itaque non est sacramentū, cum om-  
nia sacramēta sint mysteria, & Græ-  
ci ap-



ci appellant sacramenta in commu-  
ni Myſteria.

Matrimonium eſt magnum ſacra-  
mētum in Chriſto & eccleſia, at per  
hoc non poterit probare hereticus,  
vt ſic minus ſit ſacramentum, nam  
hic explicat Apoſtolus, quomodo  
ſit rei ſacræ ſignum, non ſolum græ-  
tiæ, ſed etiam vnionis Chriſti & ec-  
cleſiæ.

De ſecūdo

DE EXTREMA  
vnctione XII.

¶ Vnctio extrema ſacramentum eſt  
in eccleſia dei, à ſ. Iacobo pro-  
mulgatum.

**I**nfirmatur quiſ in vobis inducat  
presbyteros eccleſiæ, & orent ſu-  
per eum, vnquentes eum oleo in  
nomine domini, & oratio fidei ſal-  
uabit infirmū, & alleuiabit eum do-  
minus, & ſi in peccatis ſit remitten-  
tur ei.

Iaco. 5.

Apoſtoli vngebant oleo multos  
ægros, & ſanabantur,

Mat. 9. 35

K 5 Hic